

www.e-rara.ch

**Paradisus virginalis, sive, Conciones in festis semper virginis dei
genitricis Mariae**

Mata, Juan de

Antverpiae, anno 1652

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24016>

Concio de purificatione b. virginis et matris Mariae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CONCIO
DE PURIFICATIONE
B. VIRGINIS
ET MATRIS MARIÆ.

T H E M A.

*Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum
legem Moyfi &c. Luc. 2.*

S A L V T A T I O.



INEFFABILIS DEI magnitudo, in cuius conspectu consistere nequeunt creature; quin immensa eius luce obfuscatæ se demittant, & propriæ compotes infirmitatis se ad terræ abyssos prosternant, mirè extollitur à Iob sub nomine diuinæ sapientiæ, de qua sic proloquitur. *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* Per aurum intelligit Angelos, spiritus illos beatos, immortales substantias: & sub nomine vitri fragilis venit homo tot expositus fracturæ casusque periculis. Nihilominus noster Geminianus refert quod Imperatori Tiberio oblatum fuerit vi-

trum tali temperaturâ formatum, vt proiectum in tertam minimè frangeretur: vnde illud ceteris omnibus auri argentiq̃ue vasis prætulit. Hodie purissima Virgo supremo dedicat Imperatori Patri scilicet æterno in S. Templo Hierusalem crepundia, puerulum quadraginta dierum, omni Angelicæ naturæ auro preferendum, vtpote Creatorem suum: illum posse frangi, reputatur impossibile: in eo namque tota lateret omnipotentia, fortitudo, Deiq̃ue substantia. Donum hoc est aded sublimè, oblatio aded pretiosa, minus aded gratum, vt si in aliis à Deo flagitemus: vt ignoscat ferculo, quia manus nostræ vtpote humanæ, sordibus inquinatæ displi-

Iob 28.

GEMINIA.

Summa de
exemp. l. 2.

6. 2.

displicent : hodie nequaquam hæc est petenda indulgentia, cum purissimis, gratis, dignisque Mariæ manibus offeratur. Sic testatur D. Bernard. *Tibi vehiculum voluit prouidere : forte enim manus tue, aut sanguine plena, aut infecta muneribus, quod nõ eas ab omni munere excussisti: ideo modicum istud, quod offerre desideras, gratissimis illis & omni acceptione dignissimis Maria manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* Per eandem cælestes manus diuinę gratiæ munus dari nobis imploremus. *Aue Maria.*

Discursus I. *Ad templum veniunt Christus & Maria, tot tantisque umbris obscuri, ut ad eorum cognitionem oculi requirantur fidei: cum diuinus amor suas ostendet inuentiones: quandoquidem ut redimat Deus hominem, magis homo quam Deus videri studuerit.*

AD primum Verbi incarnati introitum, descendens in terram ex vehiculo seu cælo brachiorum virginis in domum templumque Patris sui æterni, ad purificationem solis Matris suę purissimæ; ad misericordiam, quam mundus recepisse se gaudet, reprensã iustitiã dignissimo

illo munere quod gloriæ cælesti tellus nostra dedicat; ad lucem (tu dixeris) ignem, quo Simeon accenditur, quo plenus dierum in puerum conuertitur, & candidus ad cantum excitatur cygnus, mortem suam hymnis celebrans; & ad vitæ nouæ conspectum exultans (hæc enim omnia præfens Euangelium festumque comprehendit) ubi diuina Maiestas hanc suam abscondit, videturque velle ut tantum appareat homo & non Deus: ingressum mihi parauit Vates Abacuc: *Deus ab Austro veniet & Abac. 3.* Sanctus de monte Pharan. Pagn. ex Hebræo legit: *Deus à meridie veniet*, & desideratus cunctis gentibus Messias. Et quasi poenitens facti quoddam primo loco lucem nominasset, & illam euulgasset quam Dominus volebat abscondi: addit: *Et Sanctus de monte Pharan:* seu ut alij legunt: *De monte umbrato.* Ex sylua, ubi ex arborum spissitudine velut per rimas solis splendor luxque percipitur, veniet Deus umbris inuolutus. Quis hic, nisi cæcus, in superficie & litteræ cortice non aduertit repugnantiam? Si namque veniat in meridie, quando minores sunt umbræ, illasque sol illuminat: etenim sponsa desiderio flagrans videndi nullis obscurum umbris sponsum suum cælestem, hunc illi libellum offert supplicem. *Indica mihi ubi pascas, ubi Cant. 1.*

I.
Locus hic explicatur.

D. BERN.
In Natiu.
Virg. de A.
que ductus
in fine.

ubus in meridie; qua fide dicitur de monte venire umbroso? Si tempus illud sit quo pulcherrimus ille planeta in summa sphaera suę consistens altitudine, magis lanceis videtur ferire, quàm illuminare splendoribus: quomodo Propheta videt umbrarum refrigeria? Consultamus SS. Patres, D. Augustin. Deus ab Austro venit: quia feruor charitatis illum in hæc traxit inferiora. *Ab Austro significatur meridies, id est feruor charitatis.* Meridies, addit D. Bernard. est gloria, patria illa cælestis, in qua nox nulla, lux perpetua, sol non occidens, firmaque claritas. *O verè meridies, plenitudo feruoris & lucis, solis statio, umbrarum exterminatio!* Meridies pectus fuit Paternum, cuius amor, excessiuus, à D. Paulo appellatur, *Propter nimiam charitatem suam, quã dilexit nos.* Meridiem etiam dixero Virginis Marię viscera tanto Dei amore, igneque flagrantia, vt ad eius temperamentum aduenerit Spiritus S. eam obumbraturus: *Spiritus S. superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Vt Deus igitur hominem de luctuosa liberaret peccati seruitute, de altissima prodiit regia sua, Paterno, inquam, pectore, (in illo tamen permanens): ex sinu Virginis locum mutauit, eiusque se brachiis iniecit, idque tanta saluandi nos æstuans sollicitudine; vt

iudicans, quòd Deus impedimento esset, ne se mundo manifestaret, venit de monte umbroso velum oppandens gloriae suę claritati, ne videretur. Quis veruã asserat quòd ille sit Deus què lachrymis videt immadentem, sceno iacere paruulum, præsepio concludi? quis summam eius deteger diuinitatem, quem oëti duanum stigmate cernit inuistū improborum scilicet Circumcisione? Qua ratione lux illa ad eò temperata orietur cum legis obseruantia (cineres sunt, quibus ignis hic operitur) seipsum offerens nulla coactus ratione: purificante quoque seipsam purissima eius Matre, nullã compulsa ad hoc causã? Porro sic ratio suadebat, sicut D. Thom. sapientię Rex verbis quibusdam indicat admodum mysteriosis. *Oportebat igitur ira manifestari* D. THOM. *Natiuitatem Christi, vt demon-* 3 p. 2. 36. *stratio diuinitatis eius, fidei hu-* ar. 4. *manitatis ipsius non præiudicaret.* Quasi per hoc derogaretur auctoritati fidei, quã mundus credebatur, quòd per Deum hominem esset redemptus, quòd in isto videretur Deus nimis diuinus, & vt amorem suum diuinum extolleret, se abscondit, nihil tamen per hoc deperdens, imò potiùs clariùs cognoscendum obtulit, dum magis homo quàm Deus apparet.

Profectò miror D. Chrysof. annotationem quoad primum
fercu-

D. AVG.
l. 18. de ci-
uit. c. 32.

D. BERN.
Ser. 33. in
Cant.

LUC. 1.

ferculum, quod Satanas obtulit Christo suas in illo vires experiturus, tentansque illum in deserto. Notat D. Chrysoſt. eius prologum. *Si filius Dei es. Meo quidem iudicio, ni fallar, dicere debuiffet immediate: Si esuris vt homo, lapides illos in panes conuerte: verumtamen nomen ſubticet hominis, vult autem vt in publicu veniat eius diuinitas. Audiamus Christi reſponſum: Non in ſolo pane viuuit homo. Quid hoc Domine? te vocat diabolus filium Dei, tu vero illi reſpon-des: Homo. Caſus hic eſt ex D. Chryſoſtom. quod diabolus vt ſuperbia inflatus, & immemor ſupplicij ob arrogantiam ſuam ſibi inflati, in quo de caelis calcibus imperitus eiectus eſt in tartara: ſibi perſuadeat quod Redemptor noſter eius adulationem remuneraretur vocando ipſum, Deum: manſitque quaſi irritatus & iniuriam paſſus amor quo homini afficiebatur, quod hunc titulum vſque modo non audiuiſſet ſcilicet hominis: vnde diabolo illum ſubticente ipſemet illi declarat, & notans in lingua proditoris hoc verbu: *Filius Dei*, in ſua non illud audiatur, ſed homo. *Non in ſolo pane viuuit homo.* Audire. *Iſtud ei erubeſcendum putabat* (ſibi in animum induxerat Satan, quod Christus ægre ferret & recundaretur, ſi hominis titulo cognominaretur) *Propter quod**

doloſa illum adulatione palpando, ſolius mentionem facit dignitatis, quid igitur Christus? Quod ille in eius adulatione abſconderat in medium profert palamque conſtituit: non in ſolo pane viuuit homo.

Diuino Christus potens imperio de corpore viri admodum afflicti legionem expellit demoniorum, a quo maligni ſpiritus licentiam poſtulant occupandi gregem immundum porcorum (ſine illa namque nihil poſſunt efficere) vix data illis erat poteſtas, cum ecce ſubitò totus porcorum grex ad duo millia pelagi fluctibus abſorberur, qui nec vno inſtanti crudeles adedò dominos ſuſtinere nequiverunt (pudeat te Chriſtianum tot annis in peccato mortali ſeruum eſſe diaboli.) Rogauit illum qui à dæmonio vexatus fuerat, & iam in vtroque homine ſanatus & liber vt in eius poſſet adſcribi ſocietatem, preces eius Christus non admittit; quod D. Ambroſ. vt nouum quid & inſolitum miratur. Quare & quando Christus hominum recuſauit conſortium? Ipſos requiſiuit, Publicanum adit Matthæum, Magdalenam lateri ſuo adſtare paſſus eſt, nec dedignatus vt ſuis lachrymis pedes irrigaret: inò & ipſum Iudam cuius infaſtum non ignorabat exitum, in ſuum adſciuit collegium. Qua ergo de

cauſa

Matth. 4

II.
Diabolus dixit: filius Dei: Chriſtus reſpondet: homo cur hoc?

D. CHR.
In Mattha.
hom. 13.

Matth. 5.

causa repellit, quem probè no-
uerat à se non discessurum?
Respondit auctor dubij. Co-
gnouit etenim hominem illum
perpetuum futurum misericor-
diæ receptę buccinatorem, cun-
ctis hanc annuntiando: Ille me
sanum fecit: ille manu sua po-
tentiori carceris mei compedes
confregit & catenas: quia verò
hæc cognitioni quòd Deus es-
set; optimè seruiabant, vellet au-
tem vt homo cognosci, non
consensit secum ducere ho-
mines, qui eius humilia ta-
cent, & quæ sunt grandia o-
stentant. *Cur autem (sic ipse) non
recipitur liberatus, sed domum re-
dire iubetur: nisi vt iactantia cau-
sa vitetur.* Omnes illum indice
digito designarent & acclama-
rent: ille Dominus qui tanta mi-
rabilia operatus est: Deus, non
homo esse conuincitur, quod in
authoritatis eius tendebat præ-
iudicium qui in hoc sibi com-
placebat, vt homo crederetur.

In resurrectione Lazari hoc
patuit multò euidentius vt no-
ster obseruat Cardinalis. Acce-
dit Bethaniam, tolli iubet de se-
pulchro lapidè: *Tollite lapidem:*
in synagoga virorum nobilium
totius Hierusalè, sibi dilectarū
sororum Magdalenæ & Marthæ
plorantium, suas noluit Re-
dēptor noster moderari lachry-
mas, sed teste Euangelista: *Lachry-
matus est Iesus, defluentibus
de maxillis eius gemmis lachry-*

marum orientalibus. Ilico spe-
taculo circumstantes in hæc
prorumpunt verba: *Non pote-
rat hic qui aperuit oculos cæci na-
ti facere vt hic non moreretur?*
Quis ille fletus? infirmā procul-
dubio arguit potestatem si tan-
tum valuit vt cæci nati aperie-
rit oculos, quare mortis frēna
non iniecit, ne Lazarum nece
præcinderet immatura? plora-
tus hic dolorem præsentis lo-
quitur spectaculi, quodque in
eius non fuerit potestate extre-
mę succurrere necessitati: qui
namque præsciens rei alicuius
euentum nouit & dolet, potest
autem illum auertere, hoc agit
antequam contingat: ergo non
Deus esse poterit sed purus ho-
mo. Adest Caietan. & ait: Do-
mine, ne quæso, lachrymeris:
quid enim hoc aliud est, quàm
cælestes illo soles nubibus con-
tegi, & esse diuinum abscondi?
Videtur illi Dominus responde-
re. Et quamuis esse meum diui-
num abscondatur, an humanum
non manifestatur? Vtique. Si
lachrymæ hoc testentur, pro-
fluant igitur, & me vt hominem
æstimant: humana namque su-
pra modum gloriol humilitate.
*Conferebant isti hinc potentiam, quâ
illuminauit cæcum, inde lachrymas
pro morte Lazari, attestantes quòd
displicuisset Iesu. Aperire oculos,
esse Deum indicat; plorare, esse
hominem: voluit autem essentiam abscon-*

III.
Causa la-
chrymarū
Christi.

D. AMBR.
l. 6. in Luc.

Ioan. II.

CAIET. in
c. II. Ioan.

te diuinam ne pateret, dummodo compateretur & cum flentibus flieret, ex quo magis cense- retur esse homo quàm Deus.

Expendit eruditione clarissimus Oecumenius in gloriosa Redemptoris nostri Ascensione, quòd nube vt curru vsus sit, eaque sidera penetrarit. *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.*

Oculos refleçit ad Eliæ triumphum, non in nube, sed in curru igneo, & percunctatur: quænam possit subesse ratio, cur Elias curru raptus sit igneo, Christus verò nube? & eã reperit prorsus singularem: Quia ille homo erat, hic verò Deus. Homo quantuis morum præfulgeat sanctitate triumphum ducit inter flammæ, quarum naturalis ea est proprietates, vt ad altiora ducant, sursû ascendant: sicut enim ex se humana natura humilis est, desiderat, vt eam elementum extollat inter alia nobilissimum; Deus autem humilia affectat atque in nube suos celebrat triumphos: quæ ex eo quòd terrestribus plena sit vaporibus, deorsum impellitur: vnde suu Deus occulit ignem, suam, inquam, diuinitatem: *Deus noster ignis consumens est*, ait Moyses, & nubem suam manifestat, quæ iuxta phrasim Isaiæ humanitatem indicat. *Ascendet Dominus super nubem leuem.* Profero igitur Oecumenium, *Elias sursum ferente vehiculo agens, & equis*

qui velocitatem itineris illi pararent (erat merus homo, porrò Christus) *tanquam Dominus vniuersi, & sua ascendens virtute, terrenum quiddam & quod deorsum fertur ad ascensum assumit.* Expendamus illud: *Terrenum quiddam*: mysticum est enim: An Deus triumphum est acturus? Non igitur alas eligat aquilarum, non pennas ventorum, non flammæ agilitatem: sed *Terrenum quiddam*, quod illum gloriâ suâ diuinâque fulgentem Maiestate inclinet vt se hominem esse ostendat, in quo tantum abest, vt ei quidquam decrescat, vel eius minuatur seruanda semper auctoritas: vt ipsum sit armorum eius inscriptio, scutorum eius insignia, ex quibus clariùs agnoscat.

Finem argumento imponat D. Ambrosius, verbis valde luculentis: *Audeo dicere operationis suæ munus amiserat, nisi se humilitas recepisset.* Itaque nos quidem redemit, sed sibi etiam acquisiuit: nihil ergo humilitas adfert dispendij, ille qui se exinaniiuit, plenus est. Audeo dicere, nisi se Deus humiliasset, opera illius atque attributa certo quodam splendore & æstimatione caruissêt, quam sibi ex humilitate comparauit. Magno stetit illi labore nostra redemptio: sibi verò lucratus est auctoritatem, famam comparauit, & nominis æstimationem: quando quidem

Ec redem-

Ad. 1.

4. Reg. 21

IV.

Elias curru igneo, Christus in nube ascendit ex humilitate,

Deuter. 4.

Isa. 18.

Oecum. in c. 1. Ad.

D. AMBR. ser. 20. in in ps. 118.

redemptis debitum erga Deum hominem accreuerit grauius quàm erga Deum tantummodo Deum: vt autem vnico dicamus verbo (subdit D. Ambros.) nulum ex humiliatione passus est detrimentum, nec perdit aliquid qui se demittit: gloriosior apparet in præsepi Deum, quàm in gloria suæ throno: præclarior inter Mariæ brachia puer adoratur, quàm in cælo empireo triumphator: nos lætificat vberius, gratiusque refrigerat sol iste vmbrosus, quàm in orbe suo solus & splendidus: ibi etenim nos exuret: quid ultra? ipse est de quo propheta sicut in exordio: *Deus ab Austro veniet* &c.

Discursus II. *Plurimum Deo placent anima que suas abscondunt virtutes; & quamuis Maria puritas eam à legis exciperet obseruantia, vult attamen vt templum adeat ipsam impletura: cum humilitas in illa esset ornamentum murusq; omnium eius prerogatiuarum.*

Candidam nostram puramque columbam audio dicentem: *Vadam ad montem myrrha & ad collem iherus.* Montē & collē dicit domū Dei in Ierusalē, quia templum ædificatū erat in

vertice montis Moria, in quo thuris incenso atque aromatibus colebatur. Ascendam ad montem (inquit Maria) me purificatura. Porro notandum quòd sponsus continuò subiungit quasi sponsam à legis excipiens rigore: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quia quòd olim mulier quadraginta diebus vetaretur ingredi templum iam filium enixa, hæc inter alias assignatur ratio: quia cum pusio in maternis visceribus non nisi ad quadraginta dies perfectè formetur, & ipsum mater producat in mundum, tanto quoque tempore separetur, & propter partus immunditias indecens est vt templum ingrediatur. *Omne Sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium.* Noster autem Redemptor nullum organizationi suæ tempus impendit, nec illi mora temporis opus erat, quàm anima corpori infunderetur: sed eodem suæ conceptionis instanti perfectissimum habuit corpus, vt pote Spiritus S. virtute formatum: nec in partu virgineo fordes erant, immunditæ vel quidquam nauicam pariens, quibus mulieres partientes subiiciuntur: his Virgo Maria minimè subiucit, filium pariens ipsum quem ab æterno Pater genuit in cælestis gloriæ splendoribus. *In splendoribus*

Leuit. 12.

I.
Cur. 40.
diebus mulier pariens templum non ingreditur.

Pf. 104.

rum

D. AVG.
ser. 118. de
Sanct. qui est
de Annunt.

rum genui te. Vbi D. Aug. hanc tractans materiã ait: *Quid igitur mirum si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione concipitur?* nempe Maria. Cohibe calamum ò Doctor sanctissime: videris enim Virgini titulum adscribere non solum sanctæ, sed ipsius Sanctitatis: nec eam solummodo sanctificatam & gratiã plenam honoras, sed ipsam appellas sanctificationem & gratiam. D. Augustino consentio, & Albertus Magn. quærens quo in loco expedierit, vt annuntiatio fieret per Gabrielem Archangelum, arbitratus hanc fieri debere in decentissimo totius orbis loco nempe S. Templo: in quo Deus debitã colebatur reuerentiã: concludit tamen conueniens fuisse, vt fieret in Oratorio in quo erat Maria, vtique maximè capaci, digno, atque supremæ Dei dignitati conuenienti, quia ex Virginis Mariæ præsentia maiorem contraxit, quam Sancta Sanctorum sanctificationem. In oratorio Beata Virginis fuit dignissima habitatio.

ALBERT.
Quo in loco
Annunt.

Si igitur tot tituli & rationes acclament (ò ter maxima Regina) quòd te statuta non comprehendant nec legis adstringant decreta: & minùs huius, quæ si corticem spectemus tuæ videretur magis puritati derogare, ne dierum numerum expectes, tere sacra limina: cælestes etenim prætolantur spiri-

tus, facti nitidum pedum tuorum pavementum: quod si non numquam huc ingrediaris: tua etenim Maiestas, verum est templum, quod Deus inhabitat. Nihilominus ait: *Uadam ad montem myrrha.* Ergone tendis (ò Virgo sole purior?) nos, quæso, tecum adducito: pergit: legis enim vult non adstricta satisfacere instituto, & ipse illam filius adducit, quem ipsa gestat, denotans sibi placere, quod amici sui velum suis oppandant virtutibus, velintque illas esse absconditas. Considerandum quòd Christus vitæ suæ terminos per natiuitatem inchoans, & per mortem finiens nos in seipso erudiat, & exemplo præeat, quantum sibi placeat hæc in anima sanctiori diligens virtutum suarum occultatio. Primum occupet locum D. Bernard. Meritò tempus attendit quo Saluator humani generis natus est. *Hic D. BERN. ser. 3. in Nat. 18uit.* me natus est, nocte natus est Christus: numquid credimus casu factum? Inter niues & boreales hiemis rigores, inter ipsas densissimas noctis tenebras Redemptor in mundo natus apparuit. *II. Christus noctu & in hieme natus.* *Mysterium hinc reuerere: nec enim eorum quidquam quæ in illo facta sunt vacat mysterio, & hoc potissimum quod inter priora præclarius recensetur: quale illud? Lux diuina num de nocte oritur? Ignis qui niueos liquefacit montes, qui combu-*
E e 2 rit,

rit, se mundo manifestat eo tempore quo cuncta nix operit, frigus condensat geluque constringit? An non aduertis, quod statim ab initio suam abscondat altitudinem, suos occultet radios, qui ne videantur umbris obscuræ noctis illos obnubilet? Nascitur hiemistempore: si namque hoc sit frænum, quod detinet plantas floresque visceribus terræ sepultos, floris huius diuini fragrantiam conatur abscondere, tam præmaturo nos instruens exemplo, virtutes fugiamus quæ strepitum, campanarum sonitum & buccinas referunt ostentationum: cum illi sint illæ gratiores, quas ab humanis oculis occultare satagimus. *Vbi sunt qui tam impudenter ostentare gestiunt semetipsos?* Et multis de hoc præmissis, concludit. *Ama nesciri, laudet te os alienum, sileat tuum.* Totæ tuæ huic adnitatur diligentia, ne te quisquam videat, absconde thesaurum: alienus etenim oculus, quem latronem dico, potens est illum tibi suffurari. Deus igitur, nihil horum veritus, suam tamen inter offusas noctium tenebras lucem contegit, mundo nobilisque oriturus.

In vita sua simili usus est stragemate; & ita D. Chryso. hinc nos ad bonorum operum exhortans exercitium, illinc ad vanæ gloriæ fugam, potissimum autem ad eleemosynam studio

charitatis, virtutum reginæ, impensam sic ait: *Si ergo misericorditer dando similis Deo factus es: diligenter stude, vt in contemnenda etiam ostentatione, similis ei efficiaris, qui morbos hominum curans præcipiebat ne alicui dicerent.* Iam video quod Deo in largiendo assimileris, illi quoque in fugienda vana ostentatione similem te reddito; & per transennam in laudem eleemosynæ non prætereamus illud: *Morbos curans.* Quid hoc Doctor egregie: an forsitan pauperi per eleemosynam subuenire censes esse miraculum, vt illud conferas Christi miraculis? sic iudico: ita namque ratò erogatur eleemosyna, ita visceribus est irradicata cupiditas, ita in sanguinem carnemque conuersæ diuitiæ, vt ille qui se nouit ab illis expedire, homo sit prodigiosus, miracula operetur, & quia rarum hoc est & inusitatum, admiramur: sed aduertendum quod in summo sit periculo ne non mortalis fiat animæ infirmitas, si in publicum proferatur, quare eam abscondito, ad exemplum nostri Redemptoris.

Illustrat hoc argumentum grauissima quadam ratione D. Cyprian. Martyr; contemplatur enim quod Dominus & Deus noster iam trigessimum agens annum, vt principium daret prædicationi & sui quis esset manifestationi recipiens de manibus

D. CHRYS.
Ho. 72. in
Matth.

III.

Eleemosy-
na est mi-
raculum.

IV.

Christus
ieiunat in
deserto
gloriam fu-
gens.

nibus D. Ioannis baptisma, quo suum in hoc honoraret Baptistam, secesserit in desertum quadraginta dierum ieiunium indocturus. Vix capio Domine: si namque venisti Magister futurus nobis vniuersalis, celebra ieiunium in Hierusalem, vbi prauio tuo exemplo animentur ceteri, teque ieiunantem imitentur: Quis vnquam abstinentiam culturus, & seipsum quis sit reuelaturus eremum petiit victurus solitarius? Quos habere potes ieiunij tui & temperantiae testes, nisi leones, vrsos, tigrides, & camporum sylvarumque animalia? si velis vt omnes tuū sequantur exemplum, illud consequenter statue vt ad omnium veniat cognitionem. Ita respondet D. Cyprian. *Locus secretus*

D. CYPRIAN.
De ieiunio & temptat.
Christi.

eligitur, quia solius Dei iudicio, ieiunia sunt agenda. Tanti refert ne opera bona corrumpantur, illa quantum fieri potest, occultare; nam vt hanc Christus necessaria stabiliret doctrinā prima sua opera conatur abscondere: cū tamē ita sit, vt ab illo facta nullū in ipso pati possint detrimentum, aut ruinā exponi periculo.

V.
Sepultus
grandi lapide
con-
tegitur.

Sed nec cura hæc parem cum vita ipsius finem accepit: quin imò vt eam fixius solidaret etiam post mortem, vt ingeniosè notat D. Ambrosius, sepeliri voluit in sepulchro lapide coniecto prægrandi. Monumentum, & desuper lapis, quem, quia grauis

erat & magnus, expendit Euangelista: *Erat quippe magnus val-* Marc. 16;
de. Hic latet indubiè mysterium, nec nobis sufficiat littera mortua, nec frigidus ille lapis: percutiamus illum vt scintillæ profiliant igniario calami D. Ambr. qui sententia quadam doctissima dicit quiddid de hoc dici potest. Ingredditur Redemptor noster monumentum: *Cui*

pulcherrimus lapis admotus est, ne D. AMBROSII
lib. 10. in
Luc. de se-
pul. corp.
Christi.
pateret. Ita Deus affectat occultari, vt etiā mortuus sepulchrū recuset in mobili & patula cunctis terra, sed excauatum velit in

petra: nec hoc ei sufficit, vltèrius præscribit vt lapis admo-ueatur ingens: *Ne pateret.* Non eum discoopertum humani videant oculi, sunt enim oculi basilifci, qui conspectu suo venenum infundunt mortale, meritorumque tollunt: cooperiatur faxumque magnum admoceatur: & continuò subiungit: *Quicumque enim in se bene humauerit Christum, diligenter eum custodiat, ne eum perdat: nullo namque negotio virtus publicata perit, & odoris huius patuli fragrantia dissipatur.* Quàm tersè

D. Pet. Chrysolog. *Thesaurum* D. PETRI
CHRYSOLOG.
Ser. 7.
qui non abscondit, prodit: virtutes prodita non manebunt virtutes, sicut proditores suos deserunt, sic suos instant custodire custodes. Eleganter & propriè insinuat proditores qui proprias manifestant virtutes: creat illos Deus

huius præsidij, Governatores, quatenus illud optimè conclusum defendant, illi verò portas eius aperiant clavesque tradunt inimico.

Manna vetus Iudæorum in diem alterum reservatum putrescebat & in vermes convertebatur: portò servatū vsque in Sabbatum, diem illorum festiuum, integrum inueniebatur: opera etenim facta infra hebdomadam (hoc est) cunctis manifesta, pereunt scatentque vermibus: verū in Sabbatum servata alterius vitæ, perpetua sunt & immortalia. Vnde appositè interpretatur Rupert. Domini præceptum, vt quisque vineam ingressus, pro libitu comederet, foras autem nihil efferret. *Ingressus vineam proximi tui comede vas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas: quod ita exponit: Enutri & delicate excipe animam tuam, vineam fertilem virtutibus, fructibus suavè lapidis: portò sic de illis interiùs loquere, vt non coneris ea foris manifestare. Reus ero si verba eius subtrahero: Operare bona quantumque potes corde bono & animo volenti, nihil autem quasi ad oculos hominum &c. Et concludit: Qui autem facit iniustitiam suam, coram hominibus vt videatur ab eis, vas proculdubio foras exulit, & in hoc amici gratiam laesit.*

Exod. 16.
VI.
Allegoria.

Deuter. 23.

RUPERT.
lib. 1. in
Deut. c. 26.

Huic adscribit D. Bern. spiritum Fudatorum & Patriarcharum Religionum, quo viros in deserta pelliciebant, virgines claustris includebant, & deserta replebant Anachoritis: *Etiam corporaliter in claustris, & in syluis abscondimur.* Forsitan populus ille solitarius non viuit? viuit vtique; cur ergo mediis sepelitur desertis, eremis, syluis, cellis, & monasteriis? Causam suggerit D. Bern. quia illos hinc morantes (de illis loquitur qui cum illo viuebant) si sæculares viderent suis intentos studiis, orationibus, ieiuniis, mortificationibus, vt Sanctos adorarent: quia verò virtus eorum manifesta cunctis, posset eis ruinæ & perditionis dare occasionem: hinc se includunt, & vt mortuos sepeliunt, quo vitæ remanent tutæque virtutes. Non me contineo quin eius vobis verba proferam: *Et si scire vultis, quantum in hac absconsione lucratur: credo nullum esse, qui si quartam partem eorum qua facit, in saculo actigaret, non adoraretur vt sanctus, reputaretur vt Angelus: nunc autem quotidie tanquam negligens arguitur & increpatur. Paruum ne hoc lucrum ducitis, quòd non reputamini sancti, antequam sitis? Ingens profectò lucrum: vnde concludit: demus monasteria domusque Religionum nullum aliud proferte còmodum quàm pia opera concludere illaque di-*

D. BERN!
Ser. 4. in ps.
Qui habitat.

VII.
Deserta colimus tuti à vana mundi gloria.

uinæ

uinæ tantum censuræ subiicienda transmittere: beatam dixeris esse animam hinc commorantem.

Cum hoc adeo magnum sit, quod modo ex ore D. Bern. percipimus, multo tamen minus est comparatione boni eius quod sequitur ex causa legitima velorum & umbrarum, quas B. Virgo hodie adducit, atque fuisse illud quod Angelus Incarnationis annuntiator mysterij profatur. *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ita ut Deo incumberet Mariæ remuneraturo virtutes, illas occultare, nihili hoc faciens, quod, cum ipsa diuinus esset sol, iudicarent homines, dum eam conspiciunt ad templum prope rantem, eclipsim passam esse puritatis. *Hac est igitur absconsio, quam sub scapulis Domini præstari dixeramus, qualis forsitan absconsio fuit vel obumbratio, qua Mariæ facta est à Spiritu S. ad oelandum videlicet tam incomprehensibile Sacramentum.* Nihil hoc potest dici aut clarius aut elegantius. Præfatis addit Rupert. humilitatem fuisse murum seu fortalitium quo virginales virtutum donorumque prærogatiuæ seruatae fuerunt à ruina incolumes. Quod si illa quæ Deum in sua traxit viscera, suis demulsit brachiis, suis nutriuit vberibus, suoque tulit pectore, cum ipsa esset pulchritudo: *O pulcherrima inter mulieres, nisi*

velum hoc assumeret, illisque veniret umbris abscondita, potuisset hanc audire repullam: *Egredere & abi:* quid de reliquis iudicandum? *Ecce illi qua de carne sua, Verbum carnem factum peperit, si ignorat se, subauditur unde Domino placuerit, dicitur egredere, & abi.* Unde concludit omnes eius virtutes ex humilitate sui cognitione protectas fuisse & conseruatas: *Humilitate gratiosa communiuit, atque perornauit, compleuit & custodiuit.* Et si filius cum Deus sit, se præsentat, ad purificationem, mater prodeat, quamuis ex participatione, & gratia, Dea esse censeatur.

RUPERT.
Lib. I in
Cant. 1,

Discursus III. *Generosa censentur & nobiles anima, quæ plura faciunt quàm tenentur: quare Deus nonnulla libertati nostræ voluntaria reliquit obsequia: in quo nobis exemplo præit Virgo Maria hoc ætate heroico supererogationis.*

Cum Deus effusa ac liberali ad eum manu sua conferat homini beneficia, ingratus Deo foret homo, si parcus illi foret & illiberalis. Iucundè explicat Rupert. illud Cantici: *Sexaginta sunt regine & octoginta concubine.* Enutrit in regia sua Salomon ille cælestis sexaginta Regi-

Cant. 6.

Luc. 2.
VIII.
Mariæ humilitas.

Cant. 1.

Reginas & octoginta concubinas, eâ differentiâ quâ inter se discrepant. Quasdam inuenire licet animas parcas aded abiectique animi, vt licitentur vtrum hoc Deo debeant necne. Quid futurum erat homini si tali modo Deus cum illo egisset? Potrò nobiles nutriunt cogitationes animæ generosæ, & corda præferunt Reginarum (inquit Rupert.) *qua præcepto superaddunt consilium.* Mandata non expectant, diuinæ gratiæ non præstolantur rigores, consilia perficiunt, & gratuito faciunt aliquid, semper proficiunt, sistuntque numquam. Cessante diluio, & aquis desiccatis, cælo autem faciem suam serenam lætamque demonstrante prodit de arca Noë, erigit altare Deoque sacrificium litat acceptum. *Obtulit holocausta super altare, odoratusq; est Dominus odorem suauitatis.* Aduerte cum D. Ambros. Cùm Patriarcha particularem accepisset ordinem & agendorum instructionem, nec tamen Deus mentionem fecisset altaris, aræ vel sacrificiorum, cur plura facit ordinemque prætergreditur? Caveat ne similis reddatur Sauli, qui Deo placere contendens, illum offendebat, dum à Samuele præcepti diuini transgressor arguitur. *Melior est obedientia quam victima: Hoc autem (ita percun&atur D. Ambros.) quod non admonitus est,*

cur fecerit, fortasse requiratur. Respondet: Agat Noë quod animo suo bene sederit, nouit vti que quid Deo placeat: nec enim Deum oportebat hoc tunc præcipere, nec Patriarcham illud omittere, quin continuò perficeret. Non Deum, inquam, ne fortè quis diceret, quòd tam citò, & feruente nimis sanguine sacrificium sibi debitum expostularer. Non illud omittere Noë: quia non aded certo quodam modo fuisset acceptum, si mandato Deus illud ab eo extorsisset. *Sed vti que Dominus (hæc sunt Ambrosij verba) non debuit quasi auarus mercedem gratiæ postulare: & iustus eam intellexit veram gratiarum actionem esse, qua non iuberetur, sed deferretur: itaque nec dilationem passus est.* Et confirmat ex factò Zacchæi Principis Synagogæ: Saluatori namque nostro summopere placuit audire dicentem: *Si quid a-*

liquem defraudavi reddo quadruplum. Industria hæc ea est, quæ Deum deuincit, cùm vltra debita faciat, & qui vnico poterat satisfacere, quadruplum restituit. *Ideoq; Zaccheus veniam meruit, quia non solum restitutum se, sed quadruplum promissit.* Proficiscitur Redemptor noster filiam Iairi Principis rogatus ab eo instanter, à mortuis reuocaturus. *Domine, filia mea mortua defuncta est &c. Accessit pro-*

RUPERT.
Lib. 6. in
Cant.

I.
Opera su-
pereroga-
tionis Deo
placent.

Gen. 8.

II.
Probatur
in Noë.

1. Reg. 15.

D. AMBR.
L. de Noë &
arca c. 22.

Luc. 19.

Matth. 9.
Luc. 8.

ut

ut potuit medium perumpens plebis agmen mulier sanguinaria, viuaque feruens fide vestimenti Saluatoris tangit simbriam, eoque instanti fluxus sistitur sanguinis, quo immunda iam duodennis laborauerat. Stetit caelestis medicus, iubetque vt in medium mulier prodeat, omnibusque conster miraculi non neganda veritas. Obstupesco Domine, hæc mulier duodecim iam annis suam præstolata fuerat curationem, tot enim illi adscribit Euangelista: *Ab annis duodecim*; potest vel tantillo tempore expectare, donec è domo reuertaris Principis, cuius iam filia è viuis excesserat: ipsa viuit: superest ei tempus: quis te Domine diuinum solem, cursu properantem sistit velocissimo? Audi: *Si tetigero tantum simbriam vestimenti eius, salua ero.* Et de facto tetigit, admouit digitos, gressus accelerauit, & quæ solis poterat verbis salutem suam auerari, opera adhibet supererogationis; hoc igitur ipsa meretur, vt pro eius solamine, aliorumque instructione Christus gradum figat. Sic opinatur D. Chrysof. his verbis: *Digitis solum tetigit, & idè cum posterior venisset, prior curata recessit.* q. d. cum supplex vna satis esset peritio, brachium extendisti: prima igitur sanitatem recipies: quia plura quam rogaris, præstas, & necessitati

superaddis voluntarium: cum autem teipsam liberalis extendas, suam quoque manum tibi Deus extendat liberalis.

In pompatico illo triumpho quo humani generis Redemptor Hierusalem ingressus est non superbo insidens equo, sed tardâ, & humili vectus asinâ, hæret D. Chrysof. cum enim eam discipuli nullo alio rectam ornatu adduxissent, quàm illo, quo eum Domini ad præsepe ligauerant, vestibus suis quasi sellam composuerunt, quâ Dominus noster commodius veheretur: *Et ad-* Matth. 21.
duxerunt asinam & pullum. IV. Animaduerte, iuxta D. Chrysof. quòd nuda illi non placeant animalia, sed ornata sint oportet, quia opera nudè sumpta illi displicent: præbent autem ei quietem, quæ vestitu decorantur Apostolico, quo diligens notatur velocitas, quâ plura præstiterunt, quàm illis Magister iniunxerat: *Neque enim in eis re-* D. CHRYS.
quiescere potuisset Christus, nisi Hom. 37 in
mandata eius fuissent in eis. Imperfect.

Quinque illæ Virgines, quas Euangelium ob diligentem salutis suæ sollicitudinem appellat prudentes, alias autem quinque fatuas: in hoc prudentiam suam & sapientiam prodiderunt, quòd præter oleum, quo lampades repleuerant, aliud adhuc superabundans contulerant, quo moram faciente sponso, lampades enutrient & fouerent:

Ff aliis

III.
Similiter in muliere sanguinaria.

D. CHRYS.
Hom. 32. in
Matth.

aliis autem nempe fatuis prior suffecit diligentia, iudicantibus posteriore esse superfluam: & cum Deus opera quærat supererogationis, sapientes admisit, ab illis commendatas; fatuas autem reiecit, ab illis vacuas:

Matth. 25. Prudentes acceperunt oleum secum: fatua autem non sumpserunt oleum secum. Siccine strictè & auarè defertis vobiscum oleum? nihil efficietis. Ita singulariter hoc debeo Cardinali nostro Caietano. Fatua non sumpserunt oleum secum, hoc est in vasis suis ultra illud quod erat in lampadibus, prudentes verò ultra oleum quod erat in lampadibus, acceperunt in vasis suis. Illa enim cogitauerunt id quod euenit, scilicet quod oleum lampadum non sufficeret; illa autem confisa sunt in oleum lampadum tanquam sufficiens. Miratur autem Doctor ingeniosus quod reuerfis fatuis virginibus emptumque secum oleum deferentibus, atque ostium pulsantibus portas nullus aperuerit: vnde mouet dubium & doctrinà respondet formidabili, tamen vera; Mirum apparet quod existentibus adhuc etiam in hac vita virginibus claudatur ianua Regnicælestis, firmetur negatio ingressus. Si ipsis mortuis quando post hanc vitam nullus datur locus tempusque meritis: non expauescerem: sed adhuc in hac vita degentibus, quis hoc capiat? Serum nullum esse di-

CAIETAN.
in c. 25.
Matth.

V.
Virgines
prudentes
ab oleo su-
perabun-
danti com-
mendantur.

cimus diuinæ misericordiæ tempus, quinimò aliquando ipsa extremâ horâ solet iustificare peccatorem. Sed æqua sceleri pœna respondet: vt qui Deo damnatur auarus, ipsi quoque Deus auarus non subueniat; non illi pia indulgentiæ negantur viscera, sed ab eo nullum meretur auxilium obtinere, atque in mortis lucta subsidium, cuius in vita neglexit, contempsitque gratiam. Ipse loquatur: *Sed cessat admiratio, intelligendo quòd clausio ianua non est negatio veniæ petentibus in veritate, sed est negatio auxilij gratuiti diuini ad verè pœnitendum: pro cuius confirmatione celebrem illam adducit D. August. sententiam, quam etiam edidit D. Cæsarius Arelatenf. Hac animaduersione punitur D. Ave. peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum vinceret oblitus est Dei.* Non expauescat nec obmurmurat peccator, si Deus vicem repondat, & meritò auarum se ei ostendat, qui parcus ita & non nisi coactus Deo seruiuit.

Epilogum habet feruenti suo spiritu Bern. super visionem Isaïæ de flammescensibus illis Seraphinis, totque instructis alis, quique duabus cordi respondentibus volabant: *Dua. Isa. 6. VI. Seraphim in celo cur alas habent.* & ait: In quem finem in celo caelestes illi spiritus Angelici alis indigent; numquid non sunt comprehensores? volet homo viator

D. Ave.
Ho. 13. To. 2.
Biblioth. P.P.

D. BERN.
Ser. 4. de
verbis Iſaia.

viator qui ad æternam illam tendit felicitatem: illi verò qui iam beatitudinis terminum attigerunt, vt quid? In puris illis & immaterialibus ſubſtantiis, videtur ſuperfluum: *Numquid volandum adhuc erit, & iſſis Seraphim?* Diuinum eius audiamus reſponſum: *Ne videlicet inſenſibilis quadam & lapidea ſtabilitas aſſimetur.* Fateor nullis illis opus eſſe pennis, ſi meritum ſpectes, ſunt etenim *extra ſtatum merendi*: ſed geſtus quorſdam edunt ſe protendendi, videnturque quaſi velle volare, quod gloriæ quâ perfruuntur, non contradicit: nam quietos eſſe & immotos, ſtatuas ſapit lapideas: quòd ſi nec eam in iſſis Angelis immobilitatem ſtatuarum patitur Deus, quomodo ergo in hominibus adhuc in hoc mundo degentibus perferet, qui momentis ſingulis ad altiora ſe poſſunt incrementa promouere virtutum?

VII.
Ratio offerendi primogenita.

Talem redolet ſpiritum præceptum illud de oblatione primogenitorum. Cùm enim iuxta litteram Moyses hoc populo præceptum intimaret, ſubiunxit. Si filij veſtri ac nepotes oblationis huius & ceremoniæ rationem inquiſierint: reſpondebitis. Quia Deus educurus nos de Ægypto, omnes eius interfecit primogenitos, tam in hominibus quàm in iumentis; vnde ſuadet æquitas, vt tanti

beneficij memores nec ingrati ſtatim illi ad templum offeramus primogenitos: non autem ea fuit ratio, quia tales illi magis placerent: quandoquidem ex S. eloquio conſtet quòd comunitè oculos ſuos conieceret in minorennes vt patet in Abel, Iacob, Dauid: ſed quia primogeniti parentibus ſolent eſſe chariores, ſunt enim primi amoris effectus, volebat autem hoc opus vt ſupererogationis, non permittens vt ad ſecundò genitum oblatio differretur; atque idcirco Virgo Maria ad oblationem deſert columbam, auem partu ſecundiſſimam: quandoquidem talia fuerint eius merita, cuius augmenta nullam nouerant ſtationem: omnia ad noſtram inſtructionem. *Quid eſt autem (ſic D. BERN. audio percunctantem D. Bern.) quod dicimus B. Mariam purificari? Purificatio & Maria? Nobis ergo purificatur.* Ultra debitum facit, quatenus inde diſcas magis aliquid præſtare quàm ex lege obligaris: Dei legem obſeruat, & ſupererogat: idcirco gressus eius mirificè extollit: *In calceamentis*, hoc eſt, diligentem operandi ſollicitudinem: quamuis enim nullam ex purificatione acquirat munditiem, tantum tamen eſt illud quod ipſa ſatagit implere, vt ad hoc anima velociſſimè rapiatur, ſicut ſitens à fonte non poteſt ſeparari pellucido. Huic ſuffragatur Gaugerius

D. BERN.
Serm. 7. in
pariſis.

CANI. 7.

CANT. 2.
GAVGER.
Serm. 4. de
Purificat.

cus explicans illud de Canticis: *Tempus putationis aduenit. Tempus purgationis aduenit, quando mater summa puritatis pariter & fontem edidit, & exemplum dedit nobis. Et licet omnem superexcederet legem: humilitas tamen eam illi subiecit: ut nouerimus præter legis mandata virtutis promouere studium: sic ex illa discit docetque Laurent. Iustinian. Virginem supra legem fecerat gratia, sed sub lege humilitas, ut discamus facere aliquid supra legem; quod Poëta Christianus his versibus absoluit:*

*Dina parens euge, parensq;
puerpera, multo
Longior obsequio quam partu,
euge inclyta Virgo.*

Discursus IV. *Insigniori sanctitate celebris, talis non est si Deo conferatur: & cum purissima eius Mater sanctissima sit Sanctorum, ad latus tamen constituta speculi ad eum clari, nempe filij, se tenebris inuoluit, nec tamen eclipsim patitur, docetq; nos ne de bonis presamamus operibus: inter spem metumq; uiuentes.*

INsuper ad templum procedit Virgo nobis ad exemplum, & instructionem: quâ sciamus quòd in Dei comparatione om-

nium perfectissimus ac sanctissimus, talis non sit, solat omnes patitur, eius claritatem nubes obscurant, & nulla licet nubes purissimam hanc & clarissimam obfuscaret stellam, nos attamen sua docet instructione. Hanc Propheta Regius veritatem ore confessus est apertissimo: *Non Ps. 142. iustificabitur in conspectu omnis uiuens.* Domine, nullus uiuentium tuis se potest offerre conspectibus, nisi totus corpore contremiscens. Arcanum quid notat hîc D. Bern. & magnum quidem in illo: *Omnis uiuens: non ait: Omnis homo.* Et hoc eam ratione ut in ipso uniuersaliter uerbis uiuens ipsos Angelos comprehenderet: qui licet gloriæ splendoribus effulgeant, coram Deo tamen obtenebrantur: apud nos illis ex luce gratulamur, dum rutili apparent: at coram Deo obscurum radiis suis velum iniiciunt. *Nec ait: omnis homo, D. BERN. sed omnis uiuens foris ut neo ipsos Ser. 5. de Angelicos eum noueris spiritus excepisse. ut bis Isais.*

Descendit Angelus Gabriel in templum Iera mundo nuntia delaturus ob filium, orbis delicias, ad patrem eius Zachariam offerentem sacrificium: turbatur ille non modicè, timore percellitur & expauescit: solatur illum Angelus: *Ne timeas Zacharia. Luc. 2. Quia. Quid te os sanctissime Pontifex perturbat? An sanctus non es & utique: illum etenim eiusque*

LAURENT.
IUSTIN.
Ser. de Purificat.

I.
Omnes re-
spectu Dei.
nihil sunt.

que uxorem Elisabeth Euangelium in album refert Sanctorum. *Erant ambo iusti ante Deum.* Et cum tibi conscientia sit ab omni macula pura, esto securus, non trepides: non possum, tremor me nimius apprehendit (sic pro ipso respondet D. Petr. Chrysol.) vidi Angelum: est que adeo purus ille spiritus, ut meus carne circumdatus in illa cernat, quod ante lucis huius conspectum non discernebat: voico verbo: *Caro numquam de sua conscientia est secuta.* Quid igitur, si Deo conferatur?

CHRYSOL.
Serm. 38.

Exod. 25.

II.
Nemo sine
ne sordibus.

In veteri candelabro quod cum septem suis lucernis lucebat in templo, atque ex sententia D. Per. Damiani denotat septem dona Spiritus S. animam illustrantia in qua lucet, verum que est templum Dei, difficultatem inuenit Cardinalis præfatus circa præceptum Moy si de hoc datum: *Emunctoria quoque, & ubi que emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo.* Vix capio: cum enim charismata designent Spiritus S. an aliquid in illis est emungendum? Præcipitur hoc propter subiectum humanum in quod cadunt: sanctus etenim inter alios eminentior, lux splendidior, & fax illustrior mucum generat lucens in templo, & hoc coram Deo: *Quædam superflua corruptiones inserunt, cum lucernis etiam emunctoria necessario sunt.* Extorri Apostolo & Euan-

gelistæ D. Ioanni frequenter cælum suas aperit portas diuinis reuelationibus manifestas: in quarum prima cernit filium hominis in medio septem candelabrorum aureorum, habentem in manu sua septem stellas lucidissimas, ex quibus tanto pauore corripitur ut quasi mortuus ad pedes eius corruerit: *Cecidi ad Apoc. 13. pedes eius tanquam mortuus.* Hic ex sententia D. Ambrosij eleganter exprimitur, quod homo meritis licet & iustitia præclarissimus, stare nequeat coram Deo, sed concidat necesse est ad pedes eius: status enim hic notatur peccatoris. D. Ioannes dilectus ille discipulus, ille qui irreuerberata mentis acie ut generosa aquila solem contemplatus est, ille Christi alumnus, ille amicus eius intimus, dum radium vel vnicum Dei sibi conspiciat reuelari, proruit in terram timore perterritus: quis ergo de se boni quidquam opinetur? Ne verba D. Ambrosij subiceam. *Eccce Ioannes qui sibi stare videbatur, viso Domino cecidit tanquam mortuus: quia unusquisque vir sanctus quantum se ad contemplandam diuinitatem Dei altius erexerit, tanto apud se introrsus inferius cadit: quia in comparatione Dei, eius magnitudo quam parua sit facile perspicit.*

D. AMBR.
in Apoc.

Ostendit Christus in monte Thabor quisnam esset, permittitque animæ suæ ut ad corpus

III.
Allegoria.

quosdam gloriæ splendores demittat. Illi collaterales apparent Moyses & Elias. Rationem adfert D. August. cur duos illos secum adduxerit, vt legis nempe & prophetiarum principes, & alteram addit valde singularem. In confesso est quòd Moyfi facies tanto fulgore radiauerit ex continuo ac familiari cum Deo colloquio, vt eum Israëlita facie ad faciem intueri nequiverint, nisi prius peplo faciem suam obtexisset. De Elia similiter nullus ignorat raptum fuisse curru igneo, & splendido in paradysum: ignis autem diuinitatis est symbolum. *In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te*, sic psallit Dauid de æterna locutus filij generatione. *Deus noster ignis consumens est*: testatur qui hoc bene callebat. Vt autem omnibus sit manifestum quòd splendoribus illustri Moyses, & in igne Elias triumphans nihil præter esse hominis habeant dignius, adducit illos Redemptor noster, quatenus dum lateri suo socij, & in huius gloriæ conspectu confidunt, illa ipsorum gloriæ obtebretur: etenim clarissima lucis vestimenta, si Deo conferantur, tenebræ sunt & obscuritas. Testem assumo D. August. *Vel ideò vt Moyse cornuta facies, inquam non poterant filij Israël intendere, & Elias curru igneo raptus comparati Christo obscur-*

D. Avg.
L. 3. de mirabil. S.
Script. in fine.

rentur. Lux eorum eclipsim patiat, & pereat auctoritas: etenim Deo refert plurimum, vt omnes conspiciant, quòd illi comparatus nullus sit homo qui luceat: solus ipse Deus effulgeat.

Ex præfatis documentum elicio proficuum: nobis viuendum esse inter spem & metum: vt hinc nec hic nos reddat socordes, nec inde illa præsumptuos. In hoc ingenium admiror D. Matthæi: cum enim duodecim numeraret à Christo ad Apostolatus officium electos, de se tantum testatur se fuisse publicanum, quòd alij tres subtrahunt Euangelistæ: quatenus eius sceleribus altius emineat Dei misericordia; de Iuda quoque commemorat quòd fuerit Magistri sui ingratisimus proditor: dicit itaque: Matthæus publicanus & Iudas proditor. Hic oritur difficultas cur qui silentio prefferit, & Thomæ infidelitatem, & trinam Petri negationem: proprias non celet culpas? Et concedamus quod ex humilitate velit illam in se prouocare virtutem; subtrahat Iudæ prodicionem, cum defectus regat aliorum. O prudentissimum Euangelistam: q. d. Litteris trado & promulgo quod publicanus grauitè peccauerim, & grauitam receperim à Deo scelerum indulgentiam: vt te ad spem prouocem: similiter inti-

IV.
Matthæus se publicanum, & Iudam scribit proditorum.

mo Iudæ traditionem & ultimam eius desperationem ob quam à diuina reiectus misericordia periit : ne nimium præsumas sed inter spem metumque viuas salutis tuæ studiosus.

His optimè consonat, quam semper magnifici acutissima D. Gregorij Nissenii explicatio super illud Cantici: *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi &c.* per lectulum animas hinc intelligit: sunt etenim diuinæ locus quietis. *Propter timores nocturnos*: timore percussus & ab omnibus sibi cauens. Quis modum loquendi non miretur? si fortes adeò describas illos, ut quid armatos producis? si tot armis præmuniti contra eos à quibus pari possunt nocumentum, an formidolosi esse debent? hoc animo repugnat generoso, ducemque dedecet bellicosum. Ipse Sanctus vir respondeat: *Diuina pulchritudinis amabilitas omnis esse in terrore sita videtur.*

Omnes qui Deum diligunt, & hac diuina eius capiuntur pulchritudine, eo modo illi afficiuntur, ut quatenus eorum amor in relaxationem non degeneret seu contemptum, timore temperetur. Elegantiã audite D. Cypriani: *Estote timidi, ut sitis intrepidi, & licet timor in certamine infirmitas esse videatur, tamen se-*

cundum verbum Apostoli virtus in infirmitate perficitur: hoc est esse, Ex fortissimis Israël & propter timores nocturnos. Et quamuis si bella spectes terrena, metus roburque pectoris sibi contraria opponantur, non tamen si spiritus attenderis certamina, in quibus qui vult esse magnanimus, formidolosus sit oportet: *Estote timidi sitis intrepidi.*

Hæc alta mente considerans D. Bern. ait: quòd sicut in hac vita nemo sibi polliceri potest securitatem: sic & electis in morte sua de tribus oportet nos applaudere: quo namque instanti mortis necessitate oculos suos claudunt, de tribus iisque fortibus eruuntur inimicis. De peccato: nec enim ampliùs peccare possunt; de laboribus: quia ad illos ab ortu suo vsque ad mortem damnari conuertuntur; *In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: tunc enim ligo cadit è manibus; de periculis: quandoquidem de tantis quantis intricat mundus eripiantur.* Adesto Bernardus: *Triples igitur congratulatio est homini, ab omni peccato, labore & periculo.* Cui mox præfatus auctor ingeniosè annectit quòd Elias discipulo suo Elifæo dum à Deo curru raperetur igneo in paradysum, pallium adiecit per pallium denotans corpus,

Cant. 3.

V.
Timor decet auiam.

NISSEN.
in Cant. 17
Oyat.

D. CYPRI.
L. de sangu.
lar. Cleri
post iniii.

D. BERN.
Ser. 5. Om.
nium SS.

pus,

pus, q. d. Ecce sume hoc tibi pallium, iam omnem pello metum, & securus sum extra mundum, nec adulteram timeo, quæ manus iniecit pallio Ioseph: nec intrepidus pericula formido ob vitam quam inde migrans desero: & quamuis viuens abcedam, quasi non viuerem sic recedo: etenim ad regionem tendo ab omni liberam occasione, metuque mortis solutam: *Posuit Elias pallium: non est quod timeat, non est quod tangi, nedum teneri ab adultera vereatur.* Porro homini proprium est tantò viuere negligentius, quantò grauiora sunt pericula: dormit enim profundè Ionas turbini- bus & maris tempestate iactatus, quam ipse sibi sua refraga concitârat inobedientia. Secedit Iſboſeth meridie ad quietem inimicis circumuallatus: talisque inoleuit peruersa ſocordiae nostræ conſuetudo, vt dum grauius imminet periculum, ſimus à timore ſolutiones: ita ſubtiliter notæ cum Caietano, vt ad finem argumenti dicemus. Ingreſſitur Chriſtus nauiculam cum Apoſtoliſ ſuis, inſtar pelagus, inſurgunt vnda, fremunt ventorum turbines, ille verò ex induſtria toruſque quietus obdormiſcit. *Ipe verò dormiebat.*

Matth. 8.

VII.
Chriſtus in
nati dormiens ostē-

Quid hoc rei Domine, numquid modò tempus eſt horaque dormiendi? Tempus nunc eſt,

meo quidem iudicio, vt a pertis ^{dit se verū} oculis ſurgensque potens imperio, vt Deus, mari elemento huic furioſo tranquillitate imperes & malaciam. An ergo nos aded manifesto deſes expones naufragij mortisque periculo? Notandum aut Cardin. inſigne latet hîc arcanum: ſomnus hic vigilia eſt: & ſocordia hæc ſollicitudinem indicat maximam. Hoc agebat Chriſtus vt eum homines velut hominem agnoſcerent, in hac illos veritate confirmans: ſed quâ ratione melius quàm ſi in eminenti ſic periculo dormiat incurius, quod ita familiare propriumque eſt homini? Iam ipſe loquitur.

Ipe verò dormiebat coram aliis in CAIETAN.
teſtimonium vere naturæ humane. in c. 8.

Hæc ruminare verba: *Coram* Matth.

aliis: q. d. ſi illum humani oculi non vidiffent, vigilaffet utique: ſed cum eum mortales adſpicerent, quibus hoc volebat innotefcere quod verus eſſet homo, ſimilis ipſis obdormit. *In teſtimonium vere natura hu-*
mana.

Discursus

Discursus V. *Se Redemptor noster legi subiecit, quam ipse olim per Moysen indixit: instruens Prælatos, ut ipsi primi quæ præcipiunt aliis, exequantur: quorum exemplum est efficacissimum.*

Magnam profectò vim habet & efficaciam Principis Prælativæ exemplum: robur suis addunt præceptis legis à se positæ cõpletionem, & suaviter in sui trahunt sequelam subditos, quibus se præbent exemplum antesignani: ex opposito tyranni per vim metumque eorum prosternunt animos. Inexpugnabilis habebatur vrbs Hiericho, cuius murorum altitudini confisi incolæ ultro se tradere noluerunt Israëlitis, populo Dei: Quid factò opus? Noluit Deus vt arietibus mœnia quassarentur, non tormentis euerterentur bellicis; non machinis admotis inuaderent, non scutis corpora protegerent, non gladios euaginarent: sed vt sextiduo fœderis Arca circumduceretur, atque ad populi totius clamores, tubarumque clangores Sacerdotum ministerio, septimo die sublimiora eorum mœnia terræ humilitati æquata sunt. Rem attendit D. August. & si humanæ cedat rationi, nulla videtur hîc ei conuenientia,

Ad murorum euerfionem, vocis insonantia, eaque instrumento languido num illa sufficit? quænam illi vis inerat ad fortissimorum euerfionem mœniorum? Cur cuncta Deus repellit media quorum frequens & communis est vsus hominibus urbem oppugnantibus? *Non illos pulsa- D. Aug. uit aries, nõ expugnauit machina, Ser. 106. de sed quod mirum est, sacerdotalis temp. sonus aut tube terror euerit.* O mirum Augustini Doctoris ingenium! Nullis indigent mediis quibus subigantur ciuitates, quibus robustiores armentur milites, quando coram illis Sacerdos & Prælatus in buccina manus attollit, atque in voce subditi manus aduertunt: vox quidem sonus est aëris; sed robur infundit, animos excitat, causatque spiramentum.

Adfuit missus à Deo Ioannes Baptista mundi morumque reformator: cuius cum Euangelista vocem & prædicationem descripsisset, illicò vitæ eius seriem ordinemque subiungit. Quem obsecro pariet hoc effectum? Doctrina eius illa me tangit? viuat ipse vt voluerit. Nam etiam nos Christus docet, ne tam manus & opera reproborum attendamus præceptorum, quàm linguam eorum & doctrinam: & ait: quòd si doctrina bona fuerit & salubris, vitam eorum & mores non inspiciamus. *Omnia quacumque Matth. 23.*

dixerint vobis servate & facite : secundum opera verò eorum, nolite facere. Casus hic est, inquit D. Chrysof. hoc expendens, quòd D. Ioannes venerit vt Rex & Præful potestate munitus plenaria reducendi homines ad Deum: atque huic cum exemplum adeò deseruiat, dicatur & id quod docuit, & id quod operatus est Baptista: eius etenim verba leuiter mouebunt corda, vita verò eius vt omnibus in confesso, trahet efficaciter. Libenter audio D. Chrysof. *Nam testimonium verborum eius nequaquam fuisset idoneum, nisi eum mirabilis vite institutio commendasset.* D. Irenæus Martyr appendit in iudicij statera hominem primò creatum, eumque diligenter attendit. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā: & factus est homo ad imaginem & similitudinem Dei, proditque toris anima diues charismatibus, tanta corporis venustate spectabilis & manente in Dei fabrica gratia hac & natura, perfectum Dei surrexit exemplar.* Sed ô dolor, paruo tempore in hac stetit constans vtriusque hominis felicitate: partes etenim secutus diaboli clauis illi castri huius tradidit factus ingrattissimus diuine proditor Maiestatis; quid plura? Dei perdidit in se priorem similitudinem: quâ ratione tam citò lapsus est? *Hæc sit ratio (respondet D. Ire-*

*næus) quia namque Deum non vidit carne sua vestitum, nec hominis referentem similitudinem, nullas habuit vires quibus eum sequeretur antecedentem; & donec illud cerneret, meo iudicio totalem Deus creationis hominis homini non dederat perfectionem, nec ministrauerat, quibus Deum suum imitaretur, aut robur infudit, donec veniret Deus factus homo, hominique similis. Non vlteriùs tam egregia verba differamus: *Tunc autem Verbum ostensum est quando homo Verbum Dei factum est, semetipsum homini, & hominem sibimetipsi assimilans: (quamuis enim homo sit Deo similis, hoc deerat, vt Deus esset similis homini:) vt per eam quæ est ad filium similitudinem, pretiosus homo fiat Patri: in præteritis enim temporibus dicebatur quidem secundum imaginem Dei factum esse hominem, non autem ostendebatur: quando autem caro Verbum Dei factum est, vtraque confirmavit, imaginem enim ostendit veram.* Notanda veniunt vltima verba. Non videbatur homo omnimoda creatus perfectione commendabilis; cum illi deesset, vt Deus illi similis appareret per mysterium Incarnationis, atque illo obiecto ac ratione illum roboraret ad obsequium suum & imitationem: & sicut in paradiso hoc oculis suis non vidit exemplum, de sua confestim corruit*

D. IREN.
L. 5. aduers.
Hæreses 6.
16.

IV.
Deus pro
homine
moriatur,
vt homo
pro Deo
moriatur.

annata

D. CHRYS.
Hom. 3. in
Math.

Gen 1.

III.
Ratio my-
stica lapsus
Adz.

annata felicitate. Hoc idem clariùs audiamus ex D. Aug. quærit enim, quandoquidem Deus nos nullo suo potuerit labore redimere, cur excessiuam aded dedit solutionem, & copiosa fuit nostra redemptio, vt eam decantat Dauid: & præmissis aliis rationibus addit hanc elegantissimam. Hoc illi in votis erat, non tantùm nos à culpis pretioso suo sanguine liberare, sed & hominem deuincire, vt (cùm ita necesse sit) pariter & suam in debitam gratitudinem eius gratiã vitam rependeret: & hoc iudicauit, quod licet hoc illi præcepisset, exiguã tamen mandatum polleret efficaciam, nisi priùs in illo hoc homo notasset exemplum: quocirca moriatur pro homine Deus, si velit vt pro Deo homo moriatur. *Vt nos quos sanguine suo redemit, à vitiis atque criminibus, non solum auxilio suo doctrina & gratiæ, sed etiam exemplo suo ad studium sanctitatis accenderet: vt nos non modò precipientem Dominum, sed etiam exemplo suo ad virtutis fastigia prouocantem maiori alacritate sequeremur.*

Ps 129.

D. Ave.
Ser. 8. de
temp.

V.
Christus in
coena pri-
mò bibit
cæteros
exemplo
præcedens.

Dum Christus diuiniſſimum instituit Sacramentum, propinans Apostolis calicem sanguinis sui pretiosi, biberunt ex illo omnes, nemo bibere recusauit: cùm ita sit quod ante dum Sacramentum hoc promulgaret, tantum quia verbis hoc explica-

bat: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis: Ex hoc multi discipulorum eius, abierunt retro.* Et modò duodecim cum illo recumbentes omni secluso horrore, & repulsâ illum bibunt. Si quis rei huius causam inquirat (inquit D. Chrysoſt.) reſpondebimus eam esse: quia viderunt Magistrum suo illos exemplo præeuntem, & primò omnium epotantem, & exemplum illud in capite & duce, viam illis aperuit, & metum sustulit: quinimo Saluator præcauens ne Apostolis suis illud eueniret, quod aliis discipulis, ipse primus calicem sumit & haurit. Explicet hoc verbis suis D. Chrysoſt. *Ne igitur id tunc quoque accideret primus ipse hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret.* Verumtamen alij veniunt seueri legum conditores, quas non à se sed ab aliis volunt obseruari. Non ita Christus diuinus ille legislator: hanc præcepit legem obseruari, cùm Deus esset & non homo: modò verò cùm Deus sit & homo, illam in se non coactus impleuit, pergittque ad templum se præsentaturus.

D. CHR.
Rom 8, in
Matth.

Discursus VI. *Explicatur hodiernum mysterium & ratio proponitur huius singularis eceremonia candelarum.*

Qui annosum vidisset sanctumque Simeonem ad valuas templi curiosius bonum illud aucupantem, quod oculis suis cernere præsens tantopere desiderabat, dicere illi potuisset. Ingredere Sacerdos, ibi Deo litantur sacrificia quid præstolaris? Procul dubio ratio est: quia omnes oblationes quæ hæcenus in templo peractæ sunt, cõ adductæ arisque impositæ; non erant omnino perfectæ diuinæ placitæ Maiestati, non præceptæ, non institutæ, licet permissæ, dum infirmitati indulgetur populi ad idololatriam supra modum propensi: quamobrem ad portam, aliã longanimis expectas hostiã delectari, quam luce cælesti didicisti. Ita sensit Rupertus in verbis illis, quibus in Canticis suis Salomon mundum introducit calamitatibus oppressum egentemque remedio, ac proinde pulcherrimam inclamantẽ Mariam vt infantulum suum introducat conspiciendum, quam in hac occasione cognominat Sulamitidem. *Reuertere, Reuertere Sulamitis, reuertere vt intueamur te: vel vt ipse legit: Suna-*

mitis. Alludit, vt opinatur Rupert. ad lib. 3. Reg. 1. Cùm enim David ad decrepitam vixisset ætatem, & multis iam annis ingrauesceret capularis, vires illi languescerent, & sensus obstupescerent: eius Regiæ Magnates inito consilio puellam pulchram valde & castam quæsierunt quæ iuuenili corporis sui calore foueret senile & frigidum Davidis corpus, vitamque seruaret illi vt Regi aded necessariam: fuit autem puella hæc Abisag Sunamitis. Perpendit autem Rupert. quod stragula & lodices, quibus coopertus David calorem recipere non poterat, veteris legis denotent ceremonias, effulum animalium sanguinem, gregum & armentorum sacrificia, & cùm Sacerdotes illius tempestatis sanguine resperfi essent parumque mundi, nihil horum Deo erat acceptum. *Non delectabiliter accipiebat: donec veniret ad Mariam, quæ senescentem mundum reddidit iuuenescentem: & hoc Simeon annosus ad portam anhelus expectat, dum felicitatis suæ tempus adesse sentit transacta iam vita sua multis molesta sollicitudinibus: vt graphicè eum delineat D. August. Quando veniet? quando nascetur? quando videbo? Putas durabo? Putas hic me inueniet? Putas isti oculi videbunt per quem cordis oculi reuelabuntur? dicebat ista in orationibus suis.* Quid festi-

I.
Allegoria.

Cant. 6.

D. Avg. Ser.
16. de temp.
Incipit: hodiernus
dies.

II.
Christus
Simeoni
reuelatur.

nas ò mors? sustine parumper, lenta procede, donec vitam videam, tunc enim ipse te vocabo libensque moriar. A longè igitur diuinam contemplatur lucem, licet tot vmbriis obscuram, & prodit in occursum illam miro gaudio recepturus. Percun-
datur autem D. August. *Vbi no- ueras quod agnouit? An intus est reuelatus, qui foris est natus?* Vna nobis hoc historia enodabit. In- iungit Dominus Samueli re- probato iam primo Israelitico Rege Saul vt proficiscatur in Bethlehem vncturus in princi- pem Regemque populi sui vnũ ex filiis Isai, nec tamen quis sit vn- gendus exponit: accedit Sam- uel iubetque omnes coram se produci filios Isai; prodit pri- mogenitus Eliab, adolescens vitibus nulli secundus: dicit Domino Samuel numquid hic ille est: non est, respondet Do- minus: vt enim hominum oculi non nisi exteriora considerant, sufficiat tibi venusta corporis eius statura: procedunt omnes septem, nec vnus ex illis vn- gendus eligitur. An alius super- est? vtrique: paruus opilio gre- gem in pascuis custodiens. Ven- iat: ingreditur Dauid, & conti- nuò monet Samuelem Spiritus S. *Surge, unge eum, ipse est enim.* Surge & propheta- licet ful- geas dignitate, coram illo tamẽ stes oportet erectus: hic sedem occupaturus est regni Israel. O-

1. Reg. 16.

III.
Allegoria.

te cæli Principem, Verbum eter- num, pastorem diuinum: iam enim factus homo, Dauid fuisti à Synagoga reprobatus: hodie mittitur Simeon, non te vncturus in Regem, cum te Pater tuus vnixerit, & rex sis cælique soli que heres. *Vnxit te Deus, Ps. 44. Deus tuus oleo latiria.* Sed adora- turus, illamque latentem reco- gniturus Dei Maiestatem. Mul- tæ conueniant mulieres infan- tes suos tenellos charaque pi- gnora candidis inuolutos pan- nis, byssinisque fasciis con- strictos, deferentes: num aliquis horum est, quem audis expe- cto? Nequaquam: nam *Abieci eum.* Pastor est, cuius habitus purpuram non redolet, non spi- rat aulæ, fugit delicias, recusat- que blanditias. Quando à longè conspicit aduentantem virgi- nem, moribus castè composi- tam, vestitu humilem, pulchri- tudine cælestem, splendoribus luceque circumfusam: totum solem panniculis & vilioribus opertum fasciis, animã totus in- ardescit, oculi defluunt lachry- mis, se pronum diuinæ inclinat Maiestati, matrem obnixè de- precatur, vt filium sibi tradat brachiis suis constringendum, pectori ad mouendum, milleque basiis excipiendum. Eum descri-
bamus verbis Emissen. *Occurrit de Purific. senex, brachia extendit, & paren- tibus ait: mibi eum date, mibi debe- tur, mei officij est, ad hoc missus sũ.*

Ps. 44.

EMISS. ser.

IV.

Simeon Ie- sum in vl- tiis recipit.

Meus est, ô Princeps inclyta,
 diuinus hic pufio, brachia hæc
 feno languentia eius erunt
 thronus; nam huic ministerio
 tanto tempore cælum vitam
 huic protelauit annofo. *Et qui
 vix feipfum prius ferre poterat
 nunc leuiter puerum ferens exul-
 tat.* Verumtamen quænam hæc
 tam repentina lenis in adole-
 fcentem facta mutatio? de fati-
 gato in robustum? nam qui
 prius feipfum ferens vix ad pal-
 lum valebat progredi, nunc
 Deum baiulans cum celerrimis
 ipsis Angelis certat velocitate.
 Deus etenim animam in iuue-
 nilem restituit alacritatem, il-
 lam ingrediens: nemo igitur ob-
 stupescat, si velox adeo procur-
 rat: omnem enim ignis sphæ-
 ram in sinu suscepit: vnde voces
 elicit lingua, quæ ardet, sacro-
 que intus moritur incendio.
 Hoc indicat initium mystici
 huius Cantici: *Nunc dimittis:*
 Domine, totus ardeo, flammis
 exuror. Sed quid hoc? ô senectus
 beata! ô tempora vtiliter im-
 pensa! ô venerabilis sanctaque
 canities: quomodo dolendam
 appetis mortem, cum vita modò
 fruaris delectabili? Nunc dum
 alius eius expeteret prolonga-
 tionem, tu postulas abbreviatio-
 nem, & intonas: *Nunc dimitte,*
 vt legit D. Ambros. ? Optimè
 (respondet Abb. Guillebert.)
 etenim ad vitæ conspectum
 nempe Dei, vitæ præsentis agno-

scit calamitatem. *Ad noui am-
 plexum pueri, senescentis deposuit
 hominis vetustatem.* In hoc pue-
 ro, & non ante, apparet mundi-
 iam terminum finemque absol-
 ui: quocirca mortem expostu-
 lat.

De leone referunt Naturali-
 stæ, quòd captà prædà palato
 lapidà, vltra modum rugiat, at-
 que cum illa inter rapaces vn-
 gues suos iocetur & ludat, hinc
 & illinc illam feroci intuens
 aspectu, q. d. An mihi hanc ali-
 quis præsumat euellere? Prædam
 venatus est Simeon in hoc ipso
 magnanimo & forti Leone de
 tribu Iuda: quid miraris, si mor-
 tem ipsam prouocet intrepidus?
 Veniat, nec enim illam timeo.
 Iam ad transitum ex hoc mun-
 do se Simeon præparat (ita piè
 Gaugericus) mortem appetit &
 oppetit, candelà illi traditur in
 manibus: etenim *Verbum in car-*
ne, tanquam lumèn in cera. Quam-
 obrem *Ecce cereus ardet in mani-*
bus Simeonis. O felicem qui cum
 hoc cerco moritur: quandoqui-
 dem ad iucundam sponsi rece-
 ptionem, melior esse possit nulla
 dispositio.

Hic est ille Spiritus Ecclesiæ,
 quo hodie benedicit candelas,
 quas manibus deferimus, qui-
 bus nos præuiam docet diligen-
 tiam. Vt autem hanc enuclee-
 mus ceremoniam, notandum
 quòd inter Gentiles ritus Ro-
 manorum in more haberent

GVILLES:
 ser. 9. in
 Cant.

v.
 Optatque
 mori.

GAUGERTE-
 ser. 2. Puri-
 ficat.

VI.
 Simeon cū
 cerco in
 manibus
 vult mori.

VII.
 Ratio festi
 candelarū.

fin.

singulis quinquenniis festum celebrare solemnissimum secundo die Februarij in honorem Deæ Februae matris Martis Dei bellorum, quo tota nocte cereis accensis urbem circumuolabant, quem infidelium ritum Sergius Pontifex in Christianam mutauit pietatem, in gloriam & honorem Matris Dei, Dei que exercituum & apostre purissimæ Virginis partui candelas circumferimus albas: apes etenim quæ de floribus ceram componunt, ex naturali non nascuntur medio generationis ut cetera animalia & aues, Apis diuina Maria: de flore namque viscerum suorum ceram composuit, sacratissimam Christi carnem, in qua lucet ardet que diuinitas: cuius umbram præsignauit illud vetus templi candelabrum, in quo, præter flammam quas emittebat lucidissimas, insculpta videbantur lilia: hoc cape mysterium; lux ad templum adducitur, eam que profert Virgo illibata, quam liliolum dixeris candore puritatis nitidissimum: eleganter lux & purificatio conueniunt. Cum D. Bernard. Christum dicamus esse cereum: *Tanquam immensæ & præclari luminis cereus.* Cum gratiarum igitur actione nostram suscipiamus beatitudinem, & opulentissimi nauim mercatoris: quæ superatis tot aduersis peccatorum turbinibus, quibus

ne appelleret, impediatur, ad portum accedit per Virginis Mariæ delata manus, ex quibus Pater misericordiarum suscipit filium, & hoc speremus, quod eodem mediatore homines suscipiet calamitosos. *Suscipiamus Domine misericordiam tuam in medio templi tui.* Qui lucis suæ fulgore tenebras dissipet, suo ardore nostram calefaciat frigiditatem, sua puritate nostra purificet corda, ut lux eius, ignis & gratia nobis gloriam obtineant æternam. Amen.

Discursus VII. In hac unica Additus:

solemnitate dicta candelarum & luminum magis quam in alijs accenduntur corda ad cultum Virginis: quandoquidem maxima eius gloria tot umbris eclipsetur & obscuretur: cum Deus pro more habeat clarioribus illustrare radijs eum qui in eius gratiam & auctoritatem eodem occultat: & si se Dei gratiâ periculo iactura exponat, semper lucratur ampliora.

VMbras offundit Deo Maria, & Mariæ Deus: hic enim cum sit ipsa sanctitas se præsentat quasi peccator esset: & Maria sol diuinus radios suos ful-

Rationale
Diuin. Offi-
cior.

Exod. 25.

D. BERN.
ser. 3. uigil.
Natiu.

fulgentissimos abscondit, & ipsa puritas tendit ad purificationem cum non habeat quod purificet. Mater & filius sibi conferuntur, & si quid posset perdere Maria in hominum iudicio, vel reipsa perdit, multiplici adeo gloria illi reppenditur, vt in triumphanti Ecclesia ineffabilibus cumuletur ornerurque priuilegiis: & in militanti nos fideles tantis eam cingamus hodie laminibus. Qualiter apparent Mater & filius? Ecce tu

Cant. 2.

pulcher es dilecte mi & decorus:

Cant. 4.

ait Maria. *Ecce tota pulchra es amica mea:* respondet filius. O quam eleganter exclamat Hugo:

HUGO
VICTORIN.
Ser. 2. de
Assumps.
I.

O qualis societas totus pulcher, totam pulchram sibi sociat! Ego totus pulcher, & tu tota pulchra: ego per naturam, tu per gratiam.

Christus & Maria hodie aliquid perdunt.

Ego totus pulcher, quia totum quod pulchrum est, in me est: tu tota pulchra, quia nihil quod in te est, turpe est. Toti lucidi & formosi Christus & Maria, & nihilominus obscurantur, & in hominum opinione perdit Christus apparenter propter Mariam, & Maria propter Christum in oculis eius qui eam minimè cognoscit.

Ex parte filij conceptus D. Bernard. in hac materia tantum dicit, quantum explicare possumus, vt umbras illas prægrandes intelligamus, quas hæc inuoluit Purificatio. *Si quo modo posset Deus non cognoscere filium*

D. BERN.
Ser. de Circumcis.

suum, in quo sibi bene complacuit, ex hoc signo poterat ignorare eum.

De signo illo agit, quod Christus octiduanus Infans accepit Circumcisionis, quasi lege illa comprehenderetur, ex quo ascendimus ad hodiernam humilitatem & dicimus: Si possibile foret vt Deus Pater filium ignoraret, in quo viuit, & in quo iam tenerè tenero sibi complacet: fieri hoc potuisset in isto signo: ex quo lux Ecclesiæ D. August. hanc lectu dignam effatur sententiam: quam ori filij imposuit loquentis cum Matre. *Vt D. Avg. te veram matrem ostenderet, verum se hominem patiendo non-*

strauit. Intentiones habuit omnino singulares Christus tantum se humiliandi, hominemque se demonstrandi: & vnã fuisse dicimus, vt humanitatem efferret, quam illi Maria contulerat. Si igitur magni faciat se filium esse Mariæ, ita vt periculo exponat de diuinitate sua fidem: quomodo melius correspondere poterit Maria, quam more reliquarum mulierum se purificando?

Quam immensè Virgo puritatem suam æstimauerit, probant insigniter SS. PP. & singulariter D. Bernard. ex eo quod, oblata sibi dignitate Matris Dei, responderit Angelo: *Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco?* Et hodie si discrimini committat perdendi opinionem

Luc. 2.
II.
Deus iacturam lucro compensat.
nem

nem de virginitate sua quoad hominum opinionem, dicemus, quod filio suo soluat: igitur propter hoc tot luminaribus illucescat: cum hoc Deus pro more habeat, abundanter eos remunerari, qui eius gratiã relinquunt vel agunt aliquid licet modicum. Progrediatur Ecclesię Doctor D. Hieronym. Pammachius nobilissimus vrbis Romanę Consul duxerat in vxorem pari nobilitate insignem Dominam S. Paulinam: cum autem mudi gaudia breuia sint: migrat in cælum ætate adhuc vernãte, sponsa illi charissima: de cuius raptu eleganter illi condolet D. Hieronym. comparans illam atomati & rosę vernanti, quę priusquam folia sua explicet æstuante nimis sole exarescit, vel ad vim malignę manus illam extra tempus à spinoso suo stipite auellentis, consumitur. *Quis parturientem rosam & papillatum corymbum antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentum foliorum pandatur ambitione immaturę demesum aquis oculis marcescere videat?* Consul igitur vxore orbatus omnes suas facultates dispersit deditque pauperibus: vel melius dixerit, loco tutiori diuitias suas seruandas deposuit, & cucullum induit Monachi. Ad multa vsque regna actio hęc Pammachij velut vocalissima campana insonuit, de quo ei

congratulatur D. Hieron. sed potissimum aduertit, hæretque in eo quod ob demissa ea quę reliquit propter Deum nomen eius euaserit celeberrimum, fama longissimè diffusa, & honoris dignior amplitudo: quocirca sic illi: *Non est paruum ò Pammachi, virum nobilem, virum diuitem, virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatum, miscescere se turbis, adherere pauperibus, rusticis copulari, de Principe vulgum fieri.*

D. Hier.
Ep. ad Pammach. Sana-
to uinc-
ri. Tom. I.

Et immediatè explicat eleganter verba Deiper Prophetæ tam dicta Heli summo Sacerdoti: in corripiendo filios suos Ophni & Phinees admodum remisso. *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. Quicumque me glorificauerit honorem suum propter me exponens, prærogatiuis honorabo eum insignioribus.* Notandum (inquit D. Hieron.) quod licet sententia hæc futurum indicet, & communiter de altera vita intelligatur, in qua sine periculo iacturæ bona sunt stabilia & gloria in æternum duratura: verum ego etiam in hac vita hoc interpretor: nec enim dilaciones patitur Deus, & exemplum statuit in ipso Pammachio. Fateor quod ob illustrem natalium progeniem, diuitiarum abundantiam & sapientiæ donum inter Romanos emergeras auctoritate: sed non solus: cum enim Consulem a-

Hh geres

III.
Exemplum.

geres florentissimæ illius Reipublicæ, & alij plures essent tibi compares solus non eminebas qui admirationem moueres & reuerentiam. Sed hodie ob Christum bonis tuis renuncians, totus mundus tuam celebrat liberalitatē, animo tuo applaudit generoso, & ob modicum quo videbaris eclipsim pati, protectionem & consilia securus Euangelica, tantis te Deus illustrat splendoribus vt ab Oriente vsque in occidentem nomen tuum celeberrimum innotescat. *Hoc est quod Dominus repro-mittit: glorificantes me glorificabo. Alij hic intelligunt de futuro quando mærorum vertetur in gaudium & transeunte mundo Sanctorum corona non transit. Ego & impræsentiarum video Sanctorum promissa compleri. Antequam Christo tota mente seruiret, notus erat in senatu, sed multi alij habebant infulas Præconsulares: at nunc omnes Christi Ecclesiæ Pammachium loquuntur. Miratur orbis pauperem, quem huc vsque diuitem nesciebat.*

Non prætereamus insignem S. Paulini Episcopi Nolani sententiam. Perpendit promptam Abrahamæ obedientiam quoad filij sui sacrificium. *Abraham recepit oblatum Deo unicum: quia sponte oblatum postulat: De vita Isaac securus procedebat Abraham: quia prompta ad eum mente cum obtulerat. Causalem hanc*

non capio: si namque Abraham viua fide ac robusta, firmoque proposito filium occisurus tendat iuxta expressum Dei mandatum: *Tolle filium tuum quem diligis Isaac, & offer illum ibi in holocaustum:* quam certitudinem habere poterat de opposito, vt Paulinus hoc sentiat, & ipse Patriarcha seruis imperet vt ad clium montis eius præstolentur cum filio reditum. *Postquam adorauerimus reuertemur ad vos.* Quomodo reuersurus, si filius tuus victima futurus sit holocaustum, conuersus in cineres, flammæ spolia, post decollationem? Qui hoc dixit, alacer reducet in domum suam Isaac, in quo semen eius & esse nouum multiplicetur. Si vadat numquid auferet quod filius possidet? lam in illo patet responsio: *Quia promptè obtulit postulat.* q. d. ex præcepto diuino pergo mei iacturam passurus: pergo arboris truncum excisurus ex qua fructum sperabam: sed hæc Dei est natura, vt impræsentiarum rependat in eo ipso, in quo eius gratiâ quid amittitur: indubiè reuertat pignus reducens charissimum, quod liberaliter obtuli: *Quia sponte obtulit postulat.*

Idem annotauit D. Chryost. Græciæ sol clarissimus. Ad quid Deus (inquit) iniungit Patriarchæ filij sui sacrificium, si mortuus non sit? ad quid ascensum

PAULIN.
Ep. 10. To. 2.

Gen. 22.

IV.
Et confirmatur in
Abraham.

in montem imperat? ara cur ex-
truitur ad holocaustum, paran-
tur ligna, ignis adfertur & gla-
dius, victima ligatur, & strui su-
perimponitur? Meâ sententiâ,
frustranea sunt hæc omnia, dum
finis ad quem hæc fiunt, non
impletur. Respondet: Voluit
Deus in hoc Abrahamæ seruitio ad
tantum se oppignorare benefi-
cium, quantum fuit illud, Ver-
bum æternum illi dare in filium
suum: atque eo animo contendit
vt sit aliquis, qui quantum ad
voluntatem & affectum peri-
culo perdendi exponat primo-
genitum suum eius gratiâ: cum
diuinum hoc indicum sit natu-
ræ vt statim notissimis excessi-
bus opus remuneret. Loquatur
ipse: *Largiturus erat nobis filium,
sed ne videretur gratis illum nobis
largiri, sed cum ita nobis debere:
precepit Abraha filium suum da-
re: vt cum magnum quid nobis fa-
ceret, nihil magnum videretur fe-
cisse.*

Sterilitatis vitio laborabat
Anna Mater Vatis Samuelis:
opprobrium hoc erat illo tem-
pore non leue. Filium instanter
à Deo petiit addito cum lachry-
mis voto. Domine si filium mihi
concesseris: *Dabo eum Domino
omnibus diebus vite sue*, arisque
tuis eum consecrabo. Notate
votum, si dedicaret eum ali-
quot mensibus, vel annis, deter-
minato spatio temporis: porro
Omnibus diebus vite sue. Quo-

modo maternum pectus tan-
tam patietur charissimi pigno-
ris absentiam, & illud volunta-
rio à se exilio remouebit? Nemo
matrem reprehendat (ait D.
Chrysostr.) Reuocat in me-
moriâ factum Abrahamæ, quan-
tò Deus appendat id quod sui
amore relinquitur, vtque eum
tantò strictius deuinciret, ipsa
mater postmodum eum addu-
cit, & quasi à corde suo euellit.
Aures præbere D. Chrysosto-
mo: *Ipsa erat Abrahamæ filia, ille
postquam petitus erat, filium suum
obtulit: ista verò ante petitionem
dedit.* Modò respondeamus præ-
cipuo discursus nostri argumen-
tò: & videamus, qualiter um-
bræ, quas videtur contrahere,
cum nullæ in B. Virgine noten-
tur, luminibus rependantur
multiplicatis: quocirca in hac
solemnitate, quâ se profundius
humiliat, habere debet plura &
lucere fulgentius. Seraphicus
Doctor S. Bonauentura testa-
tur. *Maria non solum verbo se
humiliauit tanquam ancillam &
seruitricem (in mysterio Incar-
nationis) sed etiam in facto se hu-
miliauit tanquam ream & pec-
catricem (in mysterio Purifica-
tionis.)*

Nefas est præterire raram
admodum & mysticam visio-
nem Apocalypsis, quam fre-
quenter ex pulpitis prædicato-
res repetunt: quæ cum in tan-
tum spectat matrem, placet ipsi

H h 2 filio

B CHRYS.
Hom. 2. in
Ep. ad Thes-
salo.

1. Reg. 1.
V.

Similiter in
Anna ma-
tre Samue-
lis.

D. CHRYS.
Ho 24. in
Ep. ad Ephes.

Nota!

D. BONA.
in speculo
c. 4.

filio Deo, vt exerceantur in illa Doctorum ingenia, & quantumuis multum de ineffabili dicatur, superest tamen adhuc amplius explicandum. Mulierem vidit D. Ioannes inuistratæ magnitudinis in cælo: quandoquidem inde in terra nostra distinctè apparet. Non loquor calcementum pedum eius, velocissimum planetam, non explicoformosissimum solis amictû, pedes relinquo sacros quos exoscuro, & humili subiectione sacrosanctum eius caput veneror stellis vt diademate coronatum. Quistalem ô Euangelista vidit, vel qua ratione permittris vt cælum hoc tali diademate reginâ suam coronet? *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Dicerem ego stellas, per vestimentum eius dispergendas velut venustissimas & ditissimas gemmas: lunam autem & solem vtique planetas lucidissimos in superiori parte collocandos. Nemo ornatum reprehendat, cum ab ipso Deo sit præstitutus: nec dubium est quin minimum in comparatione lunæ & solis, sint sidera: si igitur velit Maria pro vestimento habere à capite vsque ad pedes rutilum illud solis iubar, nempe Deum, consequetur hic eam dum se coronat eo quod inferius est, minus est, & minoris auctoritatis ac luminis. Hodie

hoc completur, nam super caput diuinam attollit legem, eiusque impletionem, qua planeta maximus in lucernam conuertitur obscuriorem, & humanis oculis vix apparentem: ad summum Simsoni, qui Matrem filiumque agnoscit, quos ceteri non agnoscunt: secundum exteriora tantum ferentes iudicium: quandoquidem de hoc se iacet nostra Regina; atque hinc id sequatur, quod quia tributum soluit Domino detraherent puritati eius ipsâ Angelicâ præstantiori; econtrâ totus Deus illam vestiat, & in eius gloria adobluenti, tot radient luminaria.

Planities hoc exponamus; communiter petitur: in quo cognouit Simeon ad portam templi cælestem expectans oblationem Sacratissimam Virginem: & responderetur ex amictu & figura quam præferbat. Difficilis indicatur hæc responsio: si namque Infantulus venisset panniculis inuolutus ex lino candidissimis, & fasciis acupictis, vel vestibus pretiosis, & Mater simili ornatu præfulgens: concedo: porro more induta vulgari, schemate pauperis, quid aduertit in habitu? Aduertite mysterium. Solem notauit Christum brachiis eius constructum, & Matrem gloriæ splendoribus rutilantem (ita testatur D. Timotheus) q. d. vno verbo

VII.
Ex quo Simeon Mariam agnouit.

TIMOTH. Hierosol. cum

VI.
Allegoria.

Apoc. 11.

Nota.

cum tali apparatu : nam sol ex iusticia talibus illi satisfaciebat luminibus, ex eo quòd eius causa passa fuerat lucis eclipsim. Quinimò adhuc clariùs hoc asserit David. *Filia Regum in honore tuo &c.* Filie Regum erunt vestigales, humiliter exosculantes pavementum, quòd Mariæ pedes calcant dum auro prodit exornata. Et volens asserere, quòd filie Principum sint illæ quas hîc nominat, & quo tempore patentis futuræ essent demonstrationes, inuenit hoc in Translatione Chaldaica in illo psalmo quem adducit, ad aliam licet intentionem Soto noster Maior in doctissimis suis commentariis super Cantica, quibus coronidem argumento nostro imponemus. *Prouincia Regum veniunt ut honorent & suscipiant faciem tuam seu presentiam, & ut venerentur te in tempore, quo futurus est liber legis in manu tua.* Per filias (ait Doctor hic) intelligunt Hebrei Nationes, Populos, Regna, Gentes.

Appositè modo loquamur. *In tempore quo futurus est liber legis in dextera tua :* ô Virgo præclarissima, te nobilem adorabunt, te gloriosam agnoscent, omnes mundi nationes. Quis liber hic apertus? Lex completa & inspecta. Multi librum hunc in manibus gestant, sed numquam aperiant ut id quòd continet exequantur : & nescio vtrum

hic non alludat ad illum quem D. Ioannes vidit in manu Angeli. *Et in manu sua habebat libellum apertum.* Hugo Cardin. *Apoc. 10.* interpretatur librum legis, & Angelum, Christum: habere autem illum apertum, indicat, quòd legem veniebat impleturus: *Quia ipse in seipso scripturam impleuit.* Hæc omnia sic Mariæ applicantur. Quando ô Domina apparebis infantem complexa Deum & librum exequentem, præsentationem eius tuamque Purificationem : tunc adeò diuino fulgore radiabis, & in magnitudine supereminens apparebis vt te Reginam suam Angeli venerentur & homines. *Prouincia Regum in honore tuo.* Præcipient Pontifices, vt lucernæ in templo ad honorem tuum & meritò quidem, accendantur : solum earum quibus in templo gloriæ perfrueris, eclipsim secutæ, quia pedibus tuis celsitudinem omnem protriuisti ob legalem obseruantiam : hoc est *Prouincia Regum* ad particularem festi præsentis celebritatem.

Licet etenim festa omnia sint fulgentium astrorum circuli: hodiernum tamen nescio quam habeat eminentiam : & vbi te mundus aspexit vmbrosam ô serenissima Maria, ibi iustum est vt te copiosiori lumine apparatu fulgentem admiretur. Nisi fortasse quid aliud dicat D.

Pf. 44.

VIII.
Prophetia
hæc applicatur
Mariæ.

Hom. 4. in

Cant.

Cant. 2.

IX.

Christus &
Maria um-
brosi &
floridi.

Pf. 117.

Gregor. Nyssen. super Cantica
ad illa verba: *Lectulus noster flo-
ridus*. Umbrosum & opacum,
flores & umbræ, qua ratione eo-
dem consistūt tēpore? Optimè:
cū enim essent Mater & filius
floridi inter umbras apparen-
tias, illos David intuitus est ad
templum accedentes, dum ceci-
nit: *Constituite diem solemnem in
condensis*. Sed præclarius occur-
rit mihi mysterium: Umbras ad-
ducant: quia, quinam oculi, nec
quidem Angelici duos illos
possent contemplari soles, clari-
tate sua maxima refulgentes?
Se Christus præsentet, & se
Maria purificet: sunt etenim

hæ umbræ, luminum producti-
uæ, quandoquidem sine illis ob-
nimiam nostram incapacitatem
illa contueri sit impossibile. O
quàm grauiasunt hæc D. Gre-
gorij verba, quibus ad verbum
expressis lectori beneuolo cum
delectatione valedicemus. *Le-
ctulus noster umbrosus: hoc est, te
cognouit aut cognosceat humana
natura umbrosa facta dispensa-
tione: venisti enim ad lectulum
meum factus umbrosus: nisi enim
te ipsum obumbrasses serui for-
mâ, operto mero radio diinita-
tis: quis tuam sustinuisset appari-
tionem?*

